



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Milus Ep. Mart. 4. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

690 VITÆ SANCTORUM. 4. Nov.  
vobis est, Hymenæum (licet) canite.  
Ex Surio.

*Quid sit mundana dignitas & honor,  
apparet in pulvere; potestas & gloria co-  
gnoscitur in cinere; lascivia autem inconti-  
nentium & petulantia demergentur in ba-  
rathri carcere. S. Laur. Iust. ligni vi-  
tae. c. 5.*

S. MILUS EP. MART. 4. Novembris.

Milus Persa cogitabat stipendia sub  
rege facere. Sed cælum sibi aucto-  
ratum ad sua signa compulit, postquam  
horrido viso objecto, ostendit quam  
male ad tyrannum mundum fugitiivi ho-  
mines à Deo transiremus, et si tot tri-  
gmatibus, quot beneficiis ab hoc no-  
tari. Nec diu Christo militavir, cum  
Pont. inauguratus ordines inter Chir-  
stianos coepit ducere. Sed non tam mul-  
ta gravesque illi cum hoste, quam cum  
domesticis pugnae fuerunt: quamvis  
qua pastorem noluerunt, perierunt de-  
inde oves, urbe & vitâ amissâ; quod ip-  
sum bonâ fide illis, sed non sine lacrymis  
Milus vaticinatus est. Alteri etiam E-  
piscope impudentem è carlo vindictam  
prædixit; cumque ille non audiret, ver-  
borum tonitrua fulmen exceptit, & sur-  
das aures correxit. Virum principem  
gravi ægritudine decumbentem, admotis  
non manibus, sed precibus absens cura-  
vit.

4. NOV. VITÆ SANCTORUM. 691  
vit. His atque aliis adduxit longè pluri-  
mos, in Christi leges ut jurarent? sed non  
regem etiam, qui multis suppliciis ex-  
cruciatam M I L U M ferro devovit, &  
carnificis munus cum fratre diuisit. Hos  
quoque semianimis Divus appropre-  
tam Nemesis jussit cavere. Nec nisi diem  
hæc absfuit. Postridie enim, dum ambo  
cervum fugientem jaculo inseguuntur,  
ambo exerrant, sed mutuis se vñlneribus  
fratres conficiunt. I, seram cæli vindic-  
tam memora, quando cervo & jaculo  
ocyor venit. Ex Menaie.

*Quidquid aliis accidit, tibi accidere  
potest: quia homo es: homo de humo, li-  
mus de limo; terra es, & de terrâ vivis,  
& in terram reverteris, quando veniet  
dies ultima, quæ subito veniet, & forsitan  
hodie erit. S. Bern. in Medit.*

S. CAROLUS BORROMÆUS. 4. NOV.

E Rubescent, puto, ad CAROLI purpu-  
ram omnes purpurati. Reditus Eccle-  
siasticos, nec ab illustrissimo parente  
aliter quam in pauperum usus verti pa-  
tiebatur. Galero & infulâ insignis Paro-  
chorum vitam ipse inspicere, ipse mor-  
bidas oviculas curare, ipse pro suggestu  
his acclamare, ipse Sacramentis pascere.  
Quid hic illi animarum pastores, qui  
suum numquam numerant, qui neq; no-  
verunt gregem? Atqui ille, quæ diximus,

XX 2

tunc